

107193  
D. IOHANNI  
KENTMANO MEDICO

Torgano, viro ornatissimo, Ia-  
cobus Fabricius Chem-  
nicensis, S.



*VO* plura de tuo rerum Me-  
tallicarū thesauro audiueram,  
eò cupidius te nuper Torgæ con-  
ueni, maioreq; illum cum dele-  
ctatione sum contemplatus. Et est sanè Dei  
conditoris beneficium ingens, dignaq; admi-  
ratione consideratio, tantam rerum pulcher-  
rimarum copiam & varietatem in terra ge-  
nerari, atque inde ad hominum non solùm vo-  
luptatem, sed etiam vtilitatem erui. Itaq; ut  
maximopere tum afficiebar tui thesauri in-  
spectione, ita nunc mirificè mihi placuit in-  
dex numerosissimus, quem ex rebus ipsis præ-  
sentibus collegisti. Studium enim tuum in pri-  
mis magnū apparet, qui quasi Bœotiam Ho-  
mericam explicasti, in harum colligendarum  
lustratione, & recensendarum ordine. Sed  
cū nullus sit exercitus tantus, qui accessio-